

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Johann Busch

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Decimaseptima, Quod Dii Gentium Homines Fuerint, Et Spiritus Sub Eorum
Nominibus Culti Daemones**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756648505>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantzat, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Hegius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

7

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS
CHRISTIANÆ,
*EXP. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,*

Decimaseptima,
QVOD DII GENTIVM
HOMINES FVERINT, ET SPIRITVS
SVB EORVM NOMINIBVS CVL-
TI DÆMONES.


Quam
DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE SIDE
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur*

IOHANNES BUSCHIUS
VVildungenis.

Hora 8^o, loco consueto.

ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. CII.



ΕΤΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO DECIMASEPTIMA,
QUOD DII GENTIVM HOMINES
FVERINT, ET SPIRITVS SVB EO.
RVM NOMINIBVS CVLTI
DÆMONES.

I.

Verum Num esse Deum creatorem omnium, illumque in solo Israële cultum, & secundâ, & præcedenti disputatione probatum est; unde patet extra hunc Deos angelos, Dæmonas, omnia, seruos, liætores & creaturas Dei esse, etiam illis ipsis, qui communis consuetudinis torrente abrepti, Deos colebant, consitentibus.

2. Hermes demonstrat homines ad sui similitudinem statuas facere, inq; illas arte Magicâ Spiritus invitare, qui futura prædicunt; quod suo facto & exemplo declarat.

3. Leo Ægyptiorum Pontifex Alexandro Magno mysterium hoc revelavit, Deos gentium fuisse homines. Animalia vero Ægyptij coluerunt, vel quod illorum signa astris attributa, vel quod Osyris illis in signis militaribus fuisse usus.

4. Græcorum Deos ab Orpheo, Hesiodo, Homero inductos constat, qui eorum vitam, profapiam, & nefanda scelera descripsérunt. Pythagoras Apollinem Sileni filium & à Pythone occisum & Delphis sepultum testatur; Iovi, in Cretâ sepulto-Epitaphium scripsit.

5. Socrates in deorum contumeliam per quercum, hircum, & canem jurabat, cui ob id condemnato & mortuo post mortem honorificam statuam posuit Senatus. Plato cum seriò scribit Deum nominat, ceterum deos in minus serijs vanitatis testes appellat, quos alij sceleratos homines, mortuos & ob id non adorando, apertè fassi sunt.

6. Numa omnis Idolomanie Romanis auctor, post incitem libris quibusdam de disciplinâ Sapientiae una suis cum ossibus sepultis, & erutis deos gentium, & quos ipse instituerat, funditus avertit, & homines fuisse demonstravit.

7. Romani ante Numam coluerunt Saturhum, Picum & Faunam, & quos invexit Aeneas, nihilo his meliores, qui fuerunt homines improbi & scelerati.
8. Scavola Pontifex Deorum alias Poëticos dicit, quibusvis hominibus pejores: alias Philosophicos, qui fuerint homines ob præstantiam aliquam culti; alias civiles, quos continendis in officio subditis magistratus instituerint.
9. Varro civitates ante Deos fuisse testatur, ut pictor ante tabellam; & licet alios certos, alios incertos dicat, certos tamen incertis nihilo certiores esse confitetur.
10. Romani legem tulerant, ne quis Deus inconsulto senatu in urbem intromitteretur, quo factum est, ut omnium populorum vanitates in urbem receptæ fint, solo vero Deo excluso.
11. Cicero integris tribus de Deorum naturâ libris, omnes homines fuisse demonstrat, & mortuos eorumq; religiones superstitiones & meras aniles fabulas esse.
12. Porro augures & aruspices cum Cæsare, Catone, Seneca deridet, & superstitiones illas religionum tantum continendis in officio hominibus adinyentas esse concludit.
13. Si jam singulos Deos excutiamus, Euhemerum Messenium historiæ sacræ auctorem legimus, Saturnum Cælij & Vestæ filium ex Ope genuisse Iovem, Iunonem, Neptunum, Glaucam, Plutonem, & ob id à fratre Titano, qui ea conditione regnum ipsi concederat, ne masculos educaret, in vincula conjectum, & à filio Iove adulto liberatum, postea à filio fugatum, regnoque exutum in Latio latuisse.
14. Vnde constat homines illos fuisse humanis affectibus & imbecillitate agitatos, qui in Cretâ paullo ante Thebana & Trojana bella regnarunt, quorum pater Saturnus qui cum ex Oráculo didicisset fore ut à filio regno expelleretur, filios natos devorare solitus est.
15. Hermes inter cognatos suos memorat Vranum, Saturnum, Mercurium. Vrano porro suo avo Iupiter Sacrificia instituit teste Euhemero. Idem omnes reliqui testantur, & cum primis Orpheus Deorum parens & inventor.
16. Iupiter in Olympo monte jus reddidit, libidine sua omnia

omnia polluit, tandem in Creta obiit, & apud Gnosum oppidum sepultus est, cum hāc inscriptione, ὁ Χεὺς οὐ ποτέ γλiscente adulatione pro deo cœpit coli, indignus qui vel solum calcat, nedum qui cœlum possideat; à Seneca & alijs passim tanquam nebulo perditissimus, & adulter maximus decantatus.

17. Juno in Samo educata fratri insigni incestu nupsit. Minerva patre Jove consentiente à Vulcano fratre fuit compressa. Venus meretricum prima & princeps fuit, quā primus omnium abusus est Cynaras. Neptuno ora maritima contigit, Plutoni inferior, unde hic Inferorum ille maris Deus dictus fuit, teste Euhemero.

18. Mars Iovis aciem educebat, Athenis propter homicidium vix à suspendio liberatus. Apollo fuit pastor, & postea Latomus Laomedontis, inde præstigiator, postea mortuus, & Delphis sepultus fuit.

19. His ob excellentiam quandam, mortuis divinos honores decernebant, ut mirum non sit Alexandrum, Domitianum & alios Deos haberi voluisse, Larentiam & Floram insignes meretrices, Veneri non impares, pro Deabus cultas esse.

20. Viliores adhuc minorum gentium Dij, quorum maximus Aesculapius, Coronidis meretricis filius, qui à Chirone paucarum herbarum vires didicit, postea agyrtam egit, & fulmine iactus obiit, & Cynosuris sepultus fuit.

21. Sic Agyptij Apin, Babylonici Belum, Mauri Iubam, Macedonij Cabylum, Latini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quirinum coluerunt, vel urbium conditores, vel coloniarum duces. Multi etiam suos Cinædos consecrarent, ut Alexander Hephestionem, Adrianns Antinoum. Ita ut mirum non sit Ciceronem cum sua Tullia idem voluisse tentare.

22. Denique virtutes, vicia, affectus, perturbationes, morbos, & ventos deificarunt; in quam insaniam prolapsi sunt, tum quia Deum reliquerunt, justissimè à Deo excæcati; tum, quod principes ni à Deo illuminentur elati, & adulatione assentatorum insolescentes se plus quam homines esse putent.

23. Vnde concludit Cicero omnes illos Deos homines esse, & opinione hominum in cœlum esse translatos.

24. Porro eacodæmones fuerunt, qui sub illorum hominum nominibus adorabantur, & statuas teste Hermete obſidentes, futura respondebant.

25. Hominum plerunque sceleratissimorum nomina men- tiuntur, inq; statuas arte magicâ impelli videri volūt, licet sponte accedant, & cultores suos quibus rebus invitentur & cogantur docent, mendaces & fallaces teste Iamblico.

26. Postulant Idola sua rite pingi, ornari, adorari, omnibus Dijs in omnibus Elementis sacrificandum esse, huic nigris, illis albis, alij summis, alij extremis, alij immolatis, alij terræ infossis partibus. Si autem sunt Spiritus, quî pingi aut fangi possunt? Sin homines cur adorandi? Vnde Spirituum horum vanitas & mendacium patet.

27. Interim Simiae veri Dei sunt, cui similes ut videantur, unicè student. Atqui Deus jure primitias postulat, qui omnia dat, & victimas, ut mortem peccatis nostris debitam fateamur, ante omnia autem cor contritum. Cum hi nullo alio fine & scopo, quam ut gloriam Dei sibi usurpent, postquam vanis præstigijs & oraculis fidem sibi fecerunt, nil nisi cædem & sanguinem, pueros & virgines sibi in sacrificium postulent, ut de Saturno, Diomedede, Agraulide, Baccho, Marte, legimus.

28. Hinc Aristomenes Messenius Iovi unâ vice trecentos homines mactavit, Latini Iovi decimam liberorum immolabant, Qualia etiam Carthaginenses, Germani, Scandinavij, Taurici faciebat; etiam Chironi centauro immolatos homines legimus.

29. Sic Dæmoni Cyprio, Iunoni, Heliopolitanæ, Palladi Laodicæ, ipsi Tyberi fluvio, & Romæ multis Dijs homines mactabantur, quæ tamen sacra à Diphilo, Amaside, Hercule & alijs substitutis bubus & cervis mitigabantur. Vnde hosce Dæmonas malignos Spiritus fuisse apertissime convincitur.

30. Labeo malos Spiritus cædibus, bonos ludis & mimis delectari dicebat. At ludos illos, tanquam Scholam omnis turpidinis & pestem animorum Scipio Nasica Pontifex abrogabat, & ludios mimos & histriones legibus latis infames pronunciabat. Vnde patet Deos infamibus hisce ludis, quos tot oraculis confirmarant, delectantes deteriores fuisse.

My-

31. Mysteria etiam illa Deorum nihil erant nisi horrendæ libidines, incestus, fraudes, parricidia, quorum recordatione sceleratissimi etiam cohorescant. Vnde patet bonos etiam illos Deos Labeonis esse pessimos Diabolos.

32. Secreta Deum matris à mulieribus cultæ erant horrendæ libidines; Flora Deæ festa etiam Ciceroni celebrata erant Gymnasia impudicitiae & incestuum contra naturam, quibus Diabolus compendiosissimè homines ad extrema scelerum & flagitiorum perducebat.

33. Quod vero obiter interdum verbum aliquod de virtute insererent mali Dæmones, eo ipso pessimí fuerunt, ut homines pietatis opinione irretitos magis insigniter fallerent.

34. Ad vaticinia dæmonum quod spectat, Oraculo Delphico occasionem dedit caprarum grex, quo loco postea puella quinquaginta minimum annorum ponebatur, oracula edens, quæ per pudenda excipiebat, in testimonium impuri spiritus.

35. At qualia Oracula? Falsa, ambigua, vana ut experti sunt Crœsus, Pyrrhus, Manfredus, Themistocles, Palmyreni; plerique etiam magno suo malo.

36. De quorum vanitate integrum librum conscripsit Oenomaus, quem secutus est Porphyrius, demonstrans multis exemplis Diabolos non prædicere per veram divinationem, sed per conjecturas ex rebus naturalibus, & ex astris. Vnde cum nihil viderent consulentes vel objurgabant, vel fallebant, homicidæ & mendaces ab initio.

37. Auguria quibus præterant, erant vanissima etiam ipsis auguribus testibus. Interim cum calamitatem aliquam futuram videbant; (quā fraude hodiè beneficis ventorum & tempestatum concinnatricibus imponūt) se illam immittere mentiebantur, ob ludos (hoc est sclera & homicidia) omisso, quam cum cessatram videbant, se ludis & sceleribus illis placatos simulabant.

38. In oraculis suis Cleomedem, Archilochum, Cypselum, Phalaridem generis humani pestes sceleratissimas laudabant, homines à Deo avertiebant, ambiguitate fallebant, in victimas postulabant, ut non mirum sit vanos illos & immundos Spiritus esse à plerisq; suis observatum.

Vamor

39. Vaniora adhuc illorum miracula , quibus nostra etate etiam per rationes naturales mirabiliora possunt edi , nedum per Veneficos . Inter quæ quod Bona Dea à Claudia meretrice sola trahi voluerit & coli , malitiam Diaboli illo facto honestas matronas exemplo Claudiæ ad vagas libidines hortantis magis demonstratur .

40. Talia sunt cum ranas , cicadas , muscas , locustas se posse profligare mentiuntur , quorum sæpe naturales causæ . Et quid horum cum miraculis Dei Israëlis comparabile , mundum condentis , mare arescentis , solem fisterentis , aut convertentis .

41. Hi ergo Dij cum humano sanguine , turpitudine , flagitijs , mendacijs delectentur , cum illorum oracula sint vel falsa vel ambigua , cum fastuosi & superbi multa promittant , sed mentiantur , cum levissimis causis irritentur & placentur , cum tristes & miseri perpetuo torqueantur : Concludunt Platonici malos esse Spiritus .

42. Quin etiam Diabolus ipse in oraculis suis se Dei parvam portionem , & angelum venditat , alio Daemonem sapientem & versatilem , alio Demonas indefesso Dei flagro domari , fatetur . ad Stygiæ paludis appellationem verò omnes contremiscebant . quorum vanitas jam detesta , & oracula conticuerunt , illius adventu qui illos jubet obmutescere . Cui laus & gloria , AMEN .


Queritur.

An Diaboli verè , & per se futura scire possint .

Negatur .







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus totæ regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insanii convernant, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-